



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae  
Ferinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1499**

XLIX. Hadriani Iunij Med. Epitaphium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12416**

Sed mens ut vivat sibi jugiter entheo, PRINCI:  
Sensibus à brutis hanc renocare decet.  
Qui facit hoc, miser esse nequit. ter maximus Her-  
Sic docet, et nota cognitus arte Plato. (mes  
XLVII.

### D.Ernesto Comiti Eccio.

Quis fortunæ credit, sine numine, cæcæ :  
Amplius haud homo, sed bellua cæca manet.

XLIX.

### De Erasmo Roterodamo,

& Hadriano Junio Batavis.

Quantus magnus Erasmus ille quondam  
Doctrinæ pater elegantioris :  
Tunc IULIVS HADRIANVS ille,  
Quem mors abstulit heu nimis maligna,  
Omni laude fuit scientiarum.  
Rhetor quippe bonus, poëta doctus,  
Expertus medicus, Sophus disertus,  
Scriptor historicæ fuit peritus :  
Quod viciturus in omne semper æcum  
Auctoris genius docet librorum.  
In nunc, improbe Martialis, atque  
Aurem carmine vellica Batavam.

XLIX.

### Hadriani Junij Med.

Epitaphium,

B 5 IV-

**I**VNIVS hic situs est. si queris plura,  
Cum Musis, Sophia est hic, Hygieque sita.  
L.

**A**d Ioannem VVeccmanum  
Eccl. Antist. in aquis Ferinis.

**C**orpora ceu virtus tepidarum sanat aquarum.  
Sic animas viue potio curat aqua.

**F**ontibus è sacris hæc manat diuina vena:

At fontes pandunt cœlica verba sacros.

**A**cernam quicunq; sicut, BECCANE, salutem  
Corpore, si bibat hinc, menteque sanus erit.

**F**elicem populum, sua si bona denique nosset.

Quæ tepidis scaturit silua Bacenis aqua.

**C**orporis hic, animique datur medicina salubris.

Tantū lymphæ, et tantiū vox tua IANEVLA.

L.I.

**I**n Attalum.

Sa pe male pereunt, bene parta. sed Attale semper  
Parta male, pereunt, auctor ut ipse, male.

L.II.

**V**alentini Volzij IC.

Epitaphium.

**Q**uando VALENTINVS superas migrasti  
(in ora)

**V**OZIUS: & terras mente reliquit onus:  
Quid